Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26105
Copyright: Admont, Benediktinerstift

uram et ego nouo nec inferior uestri sum. si tamen ad omnipotentem loquar et disputare cum deo cupio. vestros uos ostendens fabricatores mendacii et cultores
puerisque dogmatum. atque utinam taceretis. ut putaremini esse sapientes.
audite quaeso correptiones meas. et iudicium labiorum meorum adtendite. Numquid
deus indiget uestro mendacio. ut pro illo loquamini dolos. Numquid faciem eius
accipietis. et pro eo iudicare nitimini. Aut placebit ei quem celari nichil
potest. aut decipiet ut homo uestis fraudulentus. Ipse uos arguet. quod
in abscondito faciem eius accipitis. Statimne ut se commouerit conturbabit uos.
et terror eius irruet super uos. Memoria uestra comparabitur cineri. et redigentur
in luteum ceruices uestre. Tacete paululum. ut loquar quidquid mihi mens sug-
gesserit. Quare lacero carnes meas dentibus meis. et animam meam pono
in manibus meis. Etiam si occiderit me deus in ipso sperabo. uerumtamen uias
meas in conspectu eius arguam. et ipse erit saluator mihi. Non enim ueniet in con-
spectu eius omnis ypocrita. Audite sermonem meum. et enigmata percipite
auribus uestris. Si fuero iudicatus. scio quod iustus inueniar. Quis est qui iudicet
mecum. Veniat. Quare taceris consumere. Duo tantum ne facias mihi. et tunc
a facie tua non abscondar. Manum tuam longe fac a me. et formido tua non
me terreat. Et uoca me et respondebo tibi. aut certe loquar et tu respon-
de mihi. Quantas habeo iniquitates et peccata. et scelera mea et delicta ostende
mihi. Cur faciem tuam abscondis. et arbitraris me inimicum tuum. Contra folium
quod uento rapitur ostendis potentiam tuam. et stipulam siccam persequeris. Scri-
bis enim contra me amaritudines. et consumere me uis peccatis adolescen-
tie mee. Posuisti in neruo pedem meum et obseruasti omnes semitas meas.
et uestigia pedum meorum considerasti. Qui quasi putredo consumendus
sum. et quasi uestimentum quod comedit tinea. Homo natus de muliere
breui uiuens tempore. repletur multis miseriis. Qui quasi flos egreditur
et conteritur et fugit uelut umbra. et numquam in eodem statu permanet.
et dignum ducis super hui[usmodi] aperire oculos tuos. et adducere eum